



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 50. Instructio Pastoralis Episcoporum Lucionensis & Rupellensis contra
Quesneli reflexiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

§. L.

*Ordinatio Lucionensis, & Rupellen-
sis Episcoporum contra Quesneli
Testamentum.*

Ceteris primi, qui ejusmodi Instru- *Decret. Past.*
ctiones Pastorales contra Quesneli *Epp. Luc.*
Reflexiones divulgabant, erant Lu- *& Rup.*
cionensis & Rupellensis Episcopi, qui
eas Rupellis imprimi curarunt, eisque
ad Clerum, populumque suarum Diæ
cesium sequentem præfixerehorta-
tionem:

„Charitas Christi urget nos Fratres
„Charissimi; fides nostro huic sacro
„muneri debita, atque illa imprimis
„Charitas, qua vos pro officio com-
„plectimur, nos admonet, ne diutius
„patiamur inter manus vestras versari
„librum quemdam mortifera veneni labe
„perspersum, quod quidem periculi ge-
„nus a vobis non satis deprehendi fa-
„cile credimus, sed a vestro tamen
„cætu longius amoveri, salutis vestræ
„plurimum expedit.

„Secta illa, quæ ab annis amplius
„sexaginta Ecclesiam Dei labefactare,
„& doctrinæ totius, ac tam solemn-
„ritu proscrip-tæ patrocinari omni ope
„atque industria frustra enititur, eo tan-
„dem pacto fidelibus impia sua dogmata
„non

Sæc. XVIII. „non modo minus horrenda, sed

A. C. 1710. „vendibiliora fore confidit, si dare

„operam, ut ea verbi divini speciem

„habitumque præferrent, ac moral

„cuidam in novum testamentum Com

„mentario solerter aptata miscerentur

„Ea scilicet ratione fit, ut hæresis

„Evangelicæ Doctrinæ interjecta ceru

„ac præsentī veneno amicos inficiat.

„At enim ea volumina dogmatica

„quibus haud obscure, sed quasi de

„dita opera hæresis defenditur, minus

„habent profecto, quod sollicitare Pe

„stōres debeat, quam liber pietatem

„redolens, cujus argumentum nonni

„pervulgatas institutiones, ac probat

„omnium consensu dogmata pollicetur

„Cavetur facile ab eo hoste, qui se pro

„fitetur hostem, qui aperta fronte pro

„dit, & eo sunt animo plerique fideles

„ut si quando novatoris cujusciam so

„phismatis expedire se nequeunt, ad

„ipsam contra statuentis Ecclesiæ Au

„thoritatem tacite cofugiant, atque

„illius judicio stent inconcassi. Verum

„quis latentem hostem propellat, qui

„statim incautos occupat, & prius fere

„lethali vulnere conficit, quam fuerit

„reprehensus?

„Quesnellus quidem, dum libro

„suo Jansenii doctrinam tradit, confis

„simum illud suum obtegit sedulo, at libri

„sele

„fese Authorem non diffimulat, in quo Sæc. XVIII.
 „certo mirum videri merito potest, co- A. C. 1710.
 „gnito scriptoris nomine non statim
 „opus e Catholicorum manibus exci-
 „disse. Et vero isne Christi dogma-
 „tum & Sententiarum interpres apud
 „nos fidus haberi potuit, quem fugi-
 „tivum e patria, & nefandæ adversus
 „Christi Ecclesiam conjurationis Du-
 „cem & antesignanum esse constat; qui
 „eam ipsam ob rem comprehensus, ac
 „justo judicio condemnatus est, qui quo
 „se adversus legitimam authoritatem
 „reciperet, invenire non potuit, nisi
 „egressus e Gallia ad eos se conferret,
 „apud quos magnæ virtutis loco habe-
 „tur, Ecclesiæ Romanæ jugum excuf-
 „sisse ?

„Neque nos tamen fugit inter scri-
 „ptorem scriptumque ipsum multum
 „esse discriminis, fierique omnino pos-
 „se, ut licet Scriptoris foedum sit no-
 „men, scriptum tamen nullam præ se
 „labem ferat. At illud certe opus su-
 „spicionem afferre debet, quod ortum
 „est ab eo, qui ob errores suos dam-
 „natus ipse sit; neque decet hominem
 „ejusmodi, cujus nomini ea labes ad-
 „hæreat, fidelibus cælestem Divini
 „verbi panem frangere ac porrigere.

„Et illud tamen opus, Fratres Cha-
 „rissimi, quod vel solum Scriptoris no-
 „men

Sæc. XVIII. „men efficere debuit, ut rejiceretis
 A. C. 1710. „vidimus magis ac magis a vobis ce
 „lebrari. Vidimus vos nimium facili
 „ad illud comprobandum inductos, ca
 „ptos nimirum vel iis laudibus, qu
 „bus illud commendare quidam homi
 „nes moliuntur, vel eo studio, qu
 „amant, illud in vulgus spargere, de
 „ceptos verborum suavitate, pietatis
 „que fucatæ illecebris; vidimus
 „vos devenisse, ut hunc præsertim
 „brum ad animarum informationem
 „atque ad pietatem accommodatum
 „prædicaretis. Itaque dum vos hujus
 „cemodi cibo delectari cernimus, e
 „quo fieri vix potest, ut non mors
 „nimæ certissima consequatur, posse
 „musne ejus usum diutius liberum vo
 „bis relinquere?

„Monebat olim Paulus Timotheum
 „fore aliquando tempus illud, cum ho
 „mines sanam doctrinam non sustine
 „bunt, sed ad sua desideria coacerve
 „bunt sibi magistros, prurientes auri
 „bus, & capti verborum lenociniis
 „compositisque ad fallendum Sermone
 „bus. Enimvero tales erroris Magistro
 „pro ducibus suis habet hæc secta
 „quæ jam adversus Ecclesiam insurge
 „lli ejusmodi Sermones, quibus alii
 „solent homines, ac decipi, suis
 „operibus adhibent; id præstat impi

„mis Quesnellus in eo commentario, Sæc XVIII.
 „in quo sectæ novæ errores ac docu- A. C. 1710.
 „menta omnia passim legenti occur-
 „runt. Væ nobis, si in hoc tanto pe-
 „riculo tacuerimus; væ vobis ipsis,
 „Fratres Charissimi, si nos crudeli qua-
 „dam indulgentia ducti diutius a vobis
 „dulce istud venenum hauriri patere-
 „mur.

„Id forte vellent, qui inter vos hæ-
 „reseos illius dogmata cognovere, ut
 „in observationibus Quesnellianis ve-
 „rum a falso secernendi curam ipsis per-
 „mitteremus, neque ejusmodi librum
 „alioqui, ut ipsis videtur, perutilem
 „omnino iniberemus. Verum absit
 „unquam, ut a prudenti illa Ecclesiæ
 „consuetudine discedamus, qua sanc-
 „tum est, ut libri omnes hæreseos labe
 „contaminati fidelibus interdican-
 „tur? alii profecto vobis non desunt libri
 „ad pietatem fovendam idonei. Ita-
 „que vos & fallacia hæreseos verba
 „diutius audire res esset plena periculi,
 „quod ultro subire sine temeritate non
 „potestis; & nos illud, si tamdiu fer-
 „ramus, officiis haud satis fungeremur. „

„Si horretis impia Jansenianæ hæ-
 „reseos dogmata, quo animo eadem,
 „quæso, intueamini in his Quesnelli
 „observationibus passim occurrentia?
 „si forte vobis ne compertum quidem
 P 2 „est,

Sæc. XVIII

A. C. 1710

„est, in quo sita sit hæresis illa; at ita
 „profecto pertimescendum, ne, dum so-
 „lerti verborum delectu error quodam-
 „modo temperatus, in eum sensim animi
 „vestri inducerentur, ac deinceps ob-
 „cæcati præjudiciis ab illa hæresi non
 „omnino, prout res tanta postulat,
 „essent alieni. Itaque nos jure profusum
 „ac merito a vestris oculis librum hunc
 „subducere decrevimus, qui legi a vo-
 „bis, nec sine indignatione olim debuit
 „nec sine periculo jam potest.

„Sane ut certum vobis, ac persua-
 „sum esset, non injuria librum ejus-
 „modi a nobis reprobari, utque vos
 „metipsi eundem nobis Authoribus re-
 „probaretis, satis fuisset vobis denun-
 „tiare, hunc & a nobis diligenter,
 „ab aliis e nostro jussu fuisse perlectum
 „facturi tamen operæ pretium videmus
 „si præcipuos, quibus scatet, errores
 „ex illa observationum sylva educes-
 „mus: quod quidem præstabit hoc
 „documentum Pastorale ab utroque
 „nostro pro vicinia Diæcesium nostrarum
 „communi studio elaboratum, ac
 „eo ut a vobis propenso, atque ob-
 „sequenti profus animo excipi debeat.

„Cum vero quinque propositiones
 „damnatas cum textu Quesnelli,
 „Janseniani Augustini assidue hic com-
 „paremus, hinc vobis perspicuum fit

„eandem esse ubique doctrinam, idem Sæc. XVIII.
 „ubique tradi systema, quo Deo ipsi A. C. 1710.
 „per summum nefas, summa injustitia
 „ac crudelitas tribuitur, quod omnino
 „valet ad charitatem, spem, studium-
 „que bonorum operum abolendum, quo
 „tandem ad omne virtutis genus tar-
 „ditas, & in ipsa criminis conscientia
 „securitas adducitur.,

„Verum dum quinque propositionum
 „hæreses a Jansenianis, Quesnelloque
 „propugnatas cernetis in iis libris, quos
 „tot præconiis excipiunt Janseniani om-
 „nes, quosque habent veluti sanæ do-
 „ctrinæ fontes ac capita; dicetis pro-
 „fecto, Fratres Charissimi, Jansenis-
 „mum, quidquid homines quidam
 „garriunt, longissime ab eo abesse, ut
 „fictitia quædam secta censeretur debeat,
 „eosque ipsos, qui id in vulgus disse-
 „minari amant, aut reipsa misere de-
 „ceptos, aut eo animo esse, ut deci-
 „piant alios ac seducant, a quibus certe
 „summa cura cavendum vobis esse in-
 „telligatis.

„Ut autem falsa illa opinio, qua
 „vel maxime nititur hæresis, penitus
 „convelleretur, vobisque ipsis, Fra-
 „tres Charissimi, causa illa adimere-
 „tur, quæ erroris periculum plurimis
 „afferre posset; non modo Jansenii,
 „Quesnellique textus, ac quinque dam-

Sæc. XVIII. „natas propositiones simul compo-
 „A. C. 1710. „mus, eandemque esse ubique doct-
 „nam dilucide ostendimus: Verum hoc
 „præterea nobis duximus esse facien-
 „dum, ut illam ab Augustini mente
 „quidquid contra affirmant Jansenian-
 „duces, omnino alienam esse demon-
 „straremus.

„Exponimus itaque, quidquid de
 „libertate, & gratia, de qua hic agi-
 „tur, S. Augustinus senserit. Doctri-
 „nam illius ex ipso ejusdem textu ex-
 „cerpturi sumus, habita ratione ten-
 „porum, quibus scripsit, seu cum non
 „dum Episcopus contra Pelagianos
 „sputavit. Atque hoc modo patebit
 „sanctum Doctorem secum ubique con-
 „sentire, sive libertatem contra Man-
 „chæos astruat, sive gratiam contra
 „Pelagianos vindicet.

„Cum vero Janseniani ex ipsis Au-
 „gustini textibus hæresim conflare suar-
 „gant, quam ab eo profectam atque
 „ejus autoritate nixam esse mentian-
 „tur, horum textuum germanum sen-
 „sum in medium proferemus, iisque
 „principiis adductis, quæ Augustinus
 „placuisse clarum, ac manifestum est
 „eos textus, quos in alienum sensum
 „detorquent novatores, cum iis text-
 „ibus, quibus continetur manifeste ca-
 „tholica fides, conciliabimus.

„Frustra igitur & Jansenius, & Jan-
 „seniani omnes jactant, dum Augusti-
 „num Ecclesia comprobavit, suam ipso-
 „rum Doctrinam simul fuisse ab Ecclesia
 „comprobatam. Ecclesia scilicet, quam
 „ut ipsa suos edoceat, Spiritus sanctus
 „semper edocet, quod semel approba-
 „vit, certe damnare postea non potest:
 „idque vel unum homini vere fideli sa-
 „tis est, ut Jansenii discipulorumque
 „ejus pervicacia, ac procacitas com-
 „primatur, qui doctrinam suam, quam
 „scilicet nunc Ecclesia reprobatur, cum
 „ea Augustini doctrina, quam olim Ec-
 „clesia approbavit, eandem esse ubique
 „clamitant. Id certe vobis persuasum
 „esse debet, fieri omnino non posse,
 „ut error ejusmodi in Matrem Eccle-
 „siam cadat, hoc agemus tamen, Fra-
 „tres Charissimi, ut intelligatis, Eccle-
 „siam revera hac in re non errasse, &
 „clare perspicietis multum discre-
 „pare germanam Augustini doctrinam,
 „ab eorum hominum doctrina, qui se
 „sancti Augustini discipulos esse men-
 „tiuntur.

„Jam vero nostra hæc S. Augustini
 „textuum interpretatio, si quo modo
 „videtur cum aliqua opinione pugnare
 „ex iis, quæ in Scholis Catholicis ho-
 „minum disputationibus permiffæ sunt,
 „profecto id nunc profiteamur, nobis

Sæc. XVIII.
 A. C. 1710.

Sæc. XVIII. „hoc unum esse propositum, ut Augu-
 A. C. 1710. „stini Doctrinam explanemus, non
 „ullam ex illis Scholis impugnemus,
 „quippe qui doctoribus, quibus ille
 „constant, liberam relinquamus eam
 „quam jam dudum habent, sententia
 „suæ defendendæ potestatem. Quod
 „debet quisque certa fide credere,
 „nunc solummodo fidelibus tradere
 „ac proponere cogitamus. Agimus
 „hic doctrinæ iudices, ac fidei Eccle-
 „siæ interpretes, Fratres Charissimi
 „quod ab Ecclesia definitum est, signi-
 „ficamus, neque nos in eiusmodi Scho-
 „larum disceptationes, ac turbas con-
 „jicimus, quas Theologis hactenus Ec-
 „clesia permittere voluit.

„Denique vos hoc loco præmonen-
 „dos arbitramur, Fratres Charissimi
 „minime nos id egisse, ut styli nitorem
 „leporisque, aut vanæ orationis orna-
 „menta consectaremur; sermonis splen-
 „dorem atque elegantiam argumeto-
 „rum gravitati posthabuimus, ut ex
 „hoc documento certior fructus percipi-
 „peretur, viam ac rationem simplicem
 „in illo conscribendo sumus secuti: do-
 „cere vos, quam vobis placere multo
 „maluimus.

His præmissis ambo Episcopi in pri-
 ma sui documenti Pastoralis parte Jan-
 senii textus & Quesnelli observationes

in quinque classes distribuerunt, & om- Sæc. XVII.
nes quinque propositiones damnatas in A. C. 1710.
Jansenii & Quesnelli libris sæpius con-
tineri demonstrarunt, in altera vero
ostendere nitentur, quam aliena tam
Jansenii quam Quesnelli doctrina sit a
doctrina S. Augustini, tandem vero
suam Instructionem Pastoralem his ver-
bis absoluerunt.

„His causis permoti post maturam
„deliberationem, adhibitosque in con-
„silio viros plures eruditione ac pru-
„dentia præstantes, invocato Dei no-
„mine, ambo supra memoratum Ques-
„nelli librum in Diæcesi nostra utraque
„respectively damnamus, sive ille præ-
„ferat eos titulos, quorum memini-
„mus, sive alio quopiam titulo atque
„indice prodeat, quacunque editione
„aut versione editus, edendusve sit.
„Damnamus autem, tanquam qui Do-
„ctrinam hæreticam Jansenianarum
„quinque propositionum, jam toties
„ab Ecclesia damnatarum complecti-
„tur, & renovet. Prohibemus omni-
„no atque interdiciamus, ne quis diæ-
„cesium nostrarum fidelis librum illum
„typis edat, excipiat, legat, retineat,
„atque eo utatur, prohibitionemque
„hanc ad omnes & singulos pertinere
„volumus, sæculares, regulares, sive
„illi exempti, sive non exempti sint.

Sæc. XVIII. „Adjungimus excommunicationis pœ-
 A. C. 1710. „nam adversus eos, qui mandatum
 „hoc nostrum violaverint, atque hanc
 „pœnam ipso facto, & nulla alia de-
 „claratione interposita incurrendam
 „esse statuimus, ita ut ab ejusmodi
 „excommunicationis vinculis solvi
 „nisi per nos, aut ex nostra certe spe-
 „ciali facultate nemo possit, præter
 „quam in articulo mortis. Quisquis
 „hujus libri exempla penes se habet
 „præcipimus, ut ea continuo ad nos
 „deferat, aut deferenda curet: atque
 „omnibus Præpositis ac superioribus
 „& parochis edicimus, caveant dili-
 „genter, ne quis ipsorum curæ com-
 „missus audeat contra id, quod præ-
 „cipimus, facere. Præterea vos me-
 „nitos volumus, præter eas proposi-
 „tiones, quas hoc documento memin-
 „eramus, quibus Pater Quesnellus
 „Doctrinam hæreticam Jansenianarum
 „quinque propositionum manifeste tra-
 „dit, alias esse longe plurimas, quibus
 „eadem illa doctrina contineatur. Ad-
 „monemus etiam esse multas in eodem
 „libro propositiones a nobis deprehen-
 „sas, quæ Baij Doctrinam exhibent
 „jam toties ab Apostolica Sede pro-
 „scriptam. Esse quoque varias obser-
 „vationes, quæ manifeste ad id unum
 „sunt comparatæ, ut fideles insurgere

„doceantur adversus legitimas potesta- Sæc. XVIII.
 „tes tum Ecclesiasticas tum sæculares. A. C. 1710.
 „Denique hoc libro contineri profanas
 „novitates, quas utpote noxias devi-
 „tandas monet Apostolus: tradi multa,
 „quæ in Ecclesia Christi hætenus in-
 „audita sunt, atque eo nomine repu-
 „dianda. Mandamus ac præcipimus,
 „ut Decretum hoc & documentum pa-
 „storale publice prælegatur in collatio-
 „nibus illis ac cætibus Ecclesiasticis,
 „qui singulis mensibus, prout iussimus,
 „haberi solent, atque in omnibus so-
 „cietatibus sæcularibus & regularibus.
 „Hortamur omnes Ecclesiasticos in sa-
 „cris ordinibus constitutos, sæculares,
 „regularesve nostræ diæceseos, ut hoc
 „documentum privatim legant. Pro-
 „motoribus nostris imperamus, ut cu-
 „rent ea, quæ præcipimus, omnia di-
 „ligenter observari, publica fieri, at-
 „que affigi, ubicumque opus erit, ne
 „quis ignorantiam jure prætexat.”

§. LI.

*Tumultus ob hanc Instructionem in
Galliis exorti.*

Quamprimum vero utriusque Præsu-
 lis Instructio Rupellense prælum
 reliquerat, mox Typographus, ut hu-
 jus libelli venditionem magis promo-
 veret,